Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

corpore intus esse conflatum.
pro quo extius apparebat
tam terribile signum.

De quodam Sacerdote
inmundo et corpore christi in
digno / terribile signum.

Vir quidam .xvi.
valde religiosus cum
quodam tempore in quadam
ecclesia parrochiali missam
audiret / et sacerdos qui
eam celebraret inpudi-
cus et sordidus esset / vidit
puerulum speciosissimum super
aram. Quam diu ergo sacer-
dos ille impudicus / sive
oblationes fidelium recipi-
endo / sive sermone ad populum
proferendo. seu aliquid ali-
ud faciendo. dorsum in al-
tare habebat / tam diu iste
infans ante altare stabat.
Quam diu vero sacerdos
ad sacramentum faciem tene-
bat / tam diu sacer ille
puerulus tamquam inmun-
di spiritus talem abhorrens /
longe remotus ab eo. post
altare consistebat. In hoc
vero cognoscitur quod dispensa-
torum minime faciat
discrepantiam sacrificiorum /
quia sacramenti effectus

cum

nullatenus constat ex virtute
et merito sacerdotis / sed ex in-
stitutione et gratia redempto-
ris. Et sicut preces sordidi
sacerdotis deus despicit / sic
nimirum mundi sacerdotis
orationes dignatur exaudire.

Quod christi corpus latuit
in stabulo. xvii.

Sanctimoniali cui-
dam in Bysuntia ap-
paruit dicens. In hone-
stius tractant me christiani
quam iudei vel pagani. Mo-
do me facit porcarium. de-
positum tenentes in prima
villa corpus meum abscon-
ditum et vilissime in stabu-
lo porcorum ne porci pesti-
lencia pereant. Cum igitur
ancilla dei verbum hoc
in medium protulisset / cepit
continuo investigare cum
intentacione anathema-
tis qui tam sacrilegium perpe-
trasset. Videns ergo reus
quia iam latere non po-
terat / confessus est tandem
malum quod egerat / ostendens
foramen in quo corpus christi
posuerat. Et ecce reperiunt
hostiam sacrosanctam. salvis
lineis in natura in speciem